

DE MONETIS  
VERONENSIBUS

PRÆSERTIM

SUB EZELINO CONFLATIS  
EPISTOLÆ.

*Quante volte dal tempo che rimembre  
Legge, Moneta, e Ufficio, e costume  
Ha' tu mutato, e rinnovato membre.*

Dant. Purg. vi. 145.

LETTERE  
SU LE MONETE  
VERONESI

E PARTICOLARMENTE

SU QUELLE BATTUTE SOTTO IL COMANDO

D' E Z E L I N O.

T. X.

G g

LECTO.

## LECTORI.

**C**Um Guid' Antonius Zanetti Bononiensis, vir eruditus optimeque de Litteraria Republica meritis Tomo Secundo Delle Monete, e Zecche d'Italia, pag. 162 (qui nunc octavus censetur post sex illos quos edidit clariss. Philippus Argelati Bononiensis) præcipuis laudibus extulisset Opusculum meum Italice inscriptum Dell' Origine e dei Progressi della Zecca di Verona, quasi eo in libello feliciter explicentur ænigmaticæ Syllabæ veteris Monetæ Veronensis, quarum solutionem olim Ludovicus-Ant. Muratorius ab eruditis nostratibus exquisierat, nec invenerat; cumque ibidem postulasset (quod deinde per Epistolam flagitare non destitit) ut totam Monetarum nostrarum historiam colligerem, pondus etiam Et vav. lozem earum cum hodiernis collatum ratiocinarem, veluti id Italis omnibus pergratum futurum, propter antiquum Veronensium Librarum usum ac celebritatem: ego quidem iudicavi laudem ab eo mihi nec opinanti tributam ejus humanitati referendam; petitionem vero, utpote a nobili animo profectam, Et studiis meis obsecundantem, mihi que gratissimam, exaudiendam esse; licet quam grave onus susciperem, non ignorarem. Sed enim ille non inanis id a me petit: Monetas namque Veronensibus ipsis ignotas obtulit, earum, ut ceterarum, typos diligenter parandos recepit, si rem, ut ipse optabat, aggrederer. His itaque impulsus cæpi monumenta in pluteis jam delitescencia revifere, nova conquirere, Monetas ordinare, perpendere, Et quod magis gravabat, ad hodiernam normam eas conferendo redigere. Quibus inten

## AL LETTORE.

**A** Vendo l' erudito, ed affai benemerito della Repubblica Letteraria Signor Guid' Antonio Zanetti Bolognese alla pag. 162 del suo II. Tomo *Delle Monete, e Zecche d' Italia* (che forma l' ottavo Tomo di materia Monetaria unitamente agli altri sei dati già alla luce dal Chiarissimo Signor Filippo Argelati parimente Bolognese) commendato con singolari encomj l' Opuscolo mio pubblicato in italiano col titolo *Dell' Origine, e de' Progressi della Zecca di Verona*: quasichè in quel Libretto venissero felicemente spiegate le enigmatiche Sillabe d' un' antica Moneta Veronese, la soluzione delle quali il celebre Sig. Abbate Lodovico Antonio Muratori aveva in vano ricercato da' nostri Eruditi: ed avendo in oltre il suddetto Signor Zanetti nello stesso luogo mostrato grandissimo desiderio (lo che non ha mancato di chiedere istantemente anche per Lettera), che io raccogliessi l' intera Storia delle nostre Monete, e raziocinassi sul loro peso, e valore paragonato al peso, ed al valore delle odierne, come cosa, che all' Italia tutta riuscirebbe affai grata, per essere molto noto l' antic' uso delle Lire Veronesi: giudicai in vero per quello che spetta all' impensata lode attribuitami dal Sig. Zanetti dovermi ascrivere ad un effetto della di lui gentilezza, ed urbanità; riguardo poi alla richiesta fattami a fine d' indurmi a scrivere su le Monete Veronesi, riconoscendola come proveniente da un' animo trasportato a questa sorte d' applicazioni, e come secondante i geniali miei studj, stimai mio dovere il compiacerlo, non ostante il conoscere quant' abbia da essere cosa per me gravosa. Non mancò però il Sig. Zanetti di cooperare all' inchiesta: poichè promise nuove Monete ignote agli stessi Veronesi, e si esibì di farne incidere gli Esemplari, tanto di quelle da lui possedute, quanto ancora dell' altre, ogni qual volta, come egli desiderava, dessi mano all' opera. Spinto da ciò incominciai a rivedere di bel nuovo i monumenti, che rimanevano ascosti nelle scanzie, e rintracciarne de' nuovi, mi posi a mettere in ordine le Monete, e poi esaminarle e pesarle, per ragguagliarle, e ridurle (cosa per me veramente la più gravosa) al valore di quelle che corrono

T. X.

G g 2

oggi

tus a clariss. Josepho Barone Spergesio, qui nobilitati generis atque dignitatum splendori, propterquæ in Cæsarea Imperiali aula præfulget, litterarum omnium auxilia Et ornamenta conjungit, eruditissimam simulque humanissimam accipio Epistolam, qua præstantissimus Eques ad trutinam revocando supradictam opellam meam de Veronensi moneta, scite non minus, quam ingeniose nonnullas suas observationes, Et objectiones exponit. Hac tanta ejus humanitate illectus, ac aperiendæ rei desiderio compulsus, ut primum potui, longiorem ad eum rescripsi Epistolam, in qua Et objectis satisfacere, Et monetis quibusdam nostris specie simillimis, re dissimillimis lumen admovere conatus sum. Utramque autem edere constitui, ut in priori, studiose Lector, habeas quid objici possit, simulque mireris, quo animi stylique candore ac urbanitate vir ille eximius litterariam quæstionem pertractaverit: ex altera vero concipias, quid spei sit reliquum; num scilicet ad opus incæptum absolvendum hortandus, an dehortandus sim; eo magis quod inter hæc, altera mihi accedit Epistola ab eruditissimo Jo: Baptista Verzi Bassanensi, qui Ezelinorum historicæ parandæ intentus rem controversam, studioso labori suo quadam affinitate conjunctam, accurate quidem Et ingeniose pertractat. Hanc quoque subjiciam cum altera mea, qua illius objectis, Et novæ ipsius de moneta nostra explicationi respondeo, ut, quæstione validius hinc inde agitata Et discussa, aptior fias ad judicandum. Vale.

JO:

oggi giorno. Ora nel tempo istesso, che a queste cose trovavami applicato ricevei un'umanissima, ed eruditissima Lettera del chiarissimo Sig. Giuseppe Barone di Sperges (che alla nobiltà della stirpe, ed al lustro delle cariche, colle quali distinguefi nella Cesarea Imperial Corte, congiunge il solido ornamento d'ogni sorta d'erudizione), nella quale il dottissimo Cavaliere esaminando il sopraddetto mio Opuscolo su la Moneta di Verona dottamente non meno che ingegnosamente espone alcune sue obbiezioni, ed osservazioni. Da tanta gentilezza allettato, e stimolato dal desiderio di mettere in chiaro tosto che avessi potuto questa materia, mi diedi l'onore di riscrivere al medesimo una Lettera più diffusa, nella quale cercai di soddisfare alle obbiezioni, ed illustrar maggiormente l'argomento, mediante alcune Monete simili in apparenza alle nostre, ma in realtà diverse. Stabilii poi di pubblicare amenable queste Lettere, acciocchè nella prima, o Lettore studioso, tu abbi sotto gli occhi quanto obbiettar si possa, ed ammiri la gentilezza d'animo, e la eleganza di stile, con cui quell'uomo insigne ha trattato questa letteraria controversia; e nell'altra poi tu venga a comprendere che speranza vi rimanga; se io debba cioè venir esortato, o dissuaso anzi a compir l'opera incominciata; tanto più che in queste circostanze mi sopraggiunse un'altra Lettera dell'eruditissimo Sig. Gian Battista Verci di Bassano, che intento a compilar l'Istoria degli Ezelini accuratamente ed ingegnosamente tratta questa controversia, per la gran connessione che ha colla studiosa sua fatica. Questa pure pubblicherò con altra mia, nella quale rispondo alle sue obbiezioni, ed alla nuova spiegazione della nostra Moneta, affinchè, o Lettor gentilissimo, tu possa con maggior fondamento giudicare, e definire sopra una quistione agitata, e trattata con tanto vigore da una parte, e dall'altra. Sta sano.

AL SIG.

## 1. JO: JACOBO MARCHIONI DE DIONYSIIS

J. SPERGESIUS S. P. D.

**B**lennium fere est, ex quo Summi Pontificis apud Augg. nostros Orator Jos. Garampius, vir omni doctrinarum genere non minus quam dignitate illustris, Litteras tuas, & quem de Moneta Veronensis origine & progressibus edidisti, Librum mihi reddidit. Legi illum avidissime, eaque cum voluptate, qua ante Dissertationem tuam de Aldone, & Nothingo, chartamque topographicam veteris Agri Veronensis, & Rhythmum Pipinianum abs te illustratum. Quod vero ad Litteras tuas non responderim, vir clarissime, agnosco me non solum urbanitatis, sed & gratitudinis officio defuisse; hæc enim tibi abs me debetur, quem singulari semper benevolentia studio prosecutus es, atque donis, Opuscula illa tua, exquisita eruditione referta intelligo, auctum voluisti. Tam longi silentii veniam a comitate tua spero: jam causam accipe. Notaveram ego aliqua in Dissertatione tua de Moneta Veronensi, qua accuratius expendere & tecum communicare animas mihi erat; imo & ex re mea videbatur; nam & ipse de rei nummaria apud Tridentinos & Tyrolenses antiquitate, usu, ratione commentari aliqua non solum cæpi; sed etiam bene multa eo consilio collecta, & in schedas jam digesta habeo: verum perficendi & elaborandi illa otium mihi rei publicæ negotiis distracto nondum fuit. Eadem temporis angustia faciunt ut, de quo tecum pluribus agere per Litteras constitueram, modo paucis expediam. Vetusissimam Verona fuisse Moneta feriunda officinam, quamvis illius nummi seculo XII. antiquiores non extant, conjectationibus satis firmis, solidisque etiam monumentis cumulatissime ostendis. Si illius ætatem ad ipsas Reges Langobardorum refers, non repugno. At vero eorandem ævo Duces, si qui majores præter Beneventanum, Spoletanum, & Forojulensem fuerint, habuisse argenti arisve cudendi ac signandi jus & potestatem, persuaderi mihi non facile sinam. Neque plus juris tribuo posterioribus sive Italia, sive Germania vel Francia Ducibus, Carolingorum ætate. Monetam Ticini, Ravenna, Verona, Luca, Mediolani, & forte in aliis Italia Civitatibus percussam illo ævo non moror; sed solius Imperatoris vel Regis auctoritate id fieri consuevisse ajo, etiam si nummi illorum nota & titulo, qui tamen in omnibus fere adest, caruissent, & adhuc superstites non nisi Civitatis nomen ac symbolum, vel Divi tutelaris figuram, ostenderent. Quid, quod in ipsius Roma Nummis Augustorum & Carolingica gente nomina ac nota adparent.

Episco-

AL SIG. CAN. GIAN GIACOPO MARCHESE

DIONISI

GIUSEPPE SPERGES.

Saranno quasi due anni dacchè Monfig. Giuseppe Garampi Nunzio Apostolico appresso questi nostri Sovrani mi consegnò la vostra Lettera, ed il Libro da voi pubblicato su l'origine della Moneta Veronese. Lo lessi subito con grande avidità, e vi provai quell'istesso piacere che avevo già gustato nel leggere anteriormente la vostra Dissertazione sopra *Albone Nosingo*, la carta topografica dell'Agro Veronese, ed il *Risno Pipiniano* da voi illustrato. Conosco poi che il non avere fino ad ora risposto alla vostra Lettera, è stato un difetto d'urbanità non solo, ma ancora di gratitudine, a voi cotanto da me dovuta; sì per avermi risguardato sempre con particolare benevolenza, come per avermela autenticata col gradito dono de' vostri Opuscoli tutti pieni di singolare erudizione. Di così lungo silenzio spero ottenerne perdono dalla vostra amorevolezza; ora però degnatevi d'ascoltare i motivi del mio ritardo. Io nella vostra Dissertazione aveva notate alcune cose appartenenti alla Moneta Veronese con animo di più accuratamente esaminarle, per comunicarle poi, e conferirle con voi, e ciò lo facevo ben di mio genio; imperciocchè io ancora non solamente ho incominciate alcune cose appartenenti all'antichità, all'uso, ed al jus de' Tridentini, e Tirolesi di batter Moneta; ma tengo in oltre molte cose a questo fine raccolte, ed in fogli volanti disposte: ma distratto da pubblici affari, non ho potuto rinvenir tanto d'ozio onde lavorarvi attorno, e perfezionarle. L'istessa mancanza di tempo parimente fa sì, che ora mi restringo a trattar brevemente di quelle cose medesime, delle quali avevo meditato di scrivervi più a lungo. Voi dimostrate a meraviglia, con sode congetture, e validissimi argomenti, esservi stata in Verona la Zecca, quantunque le Monete Veronesi finora scoperte non s'estendano oltre il secolo XII. In questo m'accordo con voi, purchè ciò riferiscasi a tempi de' Re Longobardi. Ma non lascierommi per altro persuadere, che i Duchi di quel tempo, se pur ve ne sono de' più antichi di quelli di Benevento, di Spoleti, e del Friuli, avessero la podestà di coniare rame, ed argento. Io concedo bensì che i Duchi d'Italia, di Germania, e di Francia avessero una tale facoltà; ma questa però la restringo a' tempi de' Carolingi. Non niego che a quel tempo sia stata battuta Moneta a Pavia, a Ravenna, a Verona, a Lucca, a Milano, e fors' anche in altre Città d'Italia; sostengo però, che questo accadeva per autorità de' soli Imperadori, o Re, quantunque nelle Monete mancassero i loro titoli, o contrassegni, che per altro sono quasi in tutte, e, come in alcune che ancora esistono, non portassero che il nome o il solo simbolo della Città dove furono coniate, o l'immagine del Santo Protettore. E questo è tanto vero, che in Roma nelle stesse Monete si vedevano i nomi, ed i contrassegni degli Augusti Carolingi.

Voi



Episcopis Verona idem jus & arbitrium jam ante amplissima concessio-  
 nis Litteras a Friderico I. anno 1154 datas, fuisse putas; testes ta-  
 men, & monumenta non adfers. Si fuit, minime id quidem mirum vel  
 insolitum, postquam tot alii sacrorum in Italia, & Germania antistites  
 illam potestatem Ottonum imo & Carolidarum Augg. munere obtinuerunt.  
 Sane horum aro vel ipsum Mantuanum eodem jure donatum reperi in  
 tabulis, quas Joannes Visius illius Urbis civis, in historia patria proxi-  
 me typis edenda, producet, & simul qua contra Ottoniani diplomatis  
 fidem a Muratorio, & Renaldo Comite Carlo objecta fuere, disluet.

Porro in Praefatione tua civitatibus Italicis dudum ante pacem Con-  
 stantiensem Moneta condenda jus tribuis; exercuerint hoc ea tempestate,  
 qua bello cum Augustis de libertate decertantes, alia quoque jura rega-  
 lia sibi arripuerunt. Sed ante illas seditiones & civiles fluctus id factum,  
 4. mihi hercle non constat; e Nummorum signis ac titulis contrarium evin-  
 citur. Tibi, vir praestantissime, aliud persuasum est; Civitates Italicas, ex  
 quo annuente tandem Friderico Abenobarbo, sui juris facta sunt, Monetam,  
 omisso Imperatoris titulo, suis auspiciis & arbitrio signasse censet; negasque  
 aliam illius signanda rationem cum libertate civium conciliari posse: quod  
 adeo tibi certum videtur ut Veronensem Nummum, Ottonis Imperatoris ti-  
 tulo insignitum, illi, qui inter Ottones quartus fuit, nullo pacto attri-  
 buendum, sed ad secundum vel tertium referendum contendas. Rogo te,  
 vir cl. Nummorum Italicorum etiam posterioris aetatis seriem consulas; quos  
 in illa invenies, Augustorum non solum nomine, sed etiam effigie orna-  
 tos? Neque ob hoc Civitates Regno Italico obnoxia jure suo metuebant,  
 vel ex eo putabant, quidquam diminui de libertatis sua modo; integram  
 enim & plenam, nequidem per foedus Constantiense, quod pace tua dixe-  
 ro, adsequuta sunt. Ut Civitates alias taceam, Lucensis Respub. ejusdem  
 Ottonis IV. & longo post tempore Caroli IV. titulos cum ipso, qua ad-  
 huc utitur, libertatis symbolo in Moneta conjungere non est verita: Ge-  
 nuensibus etiam in sua Conradi I. nomen exhibere, perpetua fuit consuetu-  
 do, non nisi superiori saeculo abrogata.

Jam ad Nummum Veronensem, cujus inscriptionem accuratius tibi ex-  
 cutiendam sumpisti, utpote praecipuum fere Dissertationis tuae argumentum.  
 5. Illius explicationem Muratorius eruditus Veronensibus reliquit. Video in  
 antica area per crucis, qua illam mediam occupat, angulos distributas  
 litteras CI. BV. CI. VL. Tu Civitas Euganea Civitas Juris legis, &

utrum-

Voi parimente pensate, che i Vescovi di Verona godessero l'istesso gius, ed arbitrio anche avanti il Diploma di amplissima facoltà dato da Federico I. l'anno 1154; ma non ne recate nè Testimonj, nè Monumenti. Ma ciò sia pur vero, non è però cosa straordinaria nè insolita, giacchè tanti altri Vescovi d'Italia, e di Germania ottennero un tal privilegio dagli Ottoni, e da' Carolingi. Ed in vero a' tempi di questi Sovrani lo stesso Vescovo di Mantova un tal privilegio godeva, come ricavo dai Documenti che produce l'erudito Sig. Giovanni Vifi Cittadino Mantovano nell'Istoria di quella sua Patria, che quanto prima verrà alla luce, nella qual pure scioglierà le obbiezioni, che contra l'esistenza del Diploma di Ottone prodotte furono dal Muratori, e dal Co: Rinaldo Carli (129).

In oltre nella vostra Prefazione attribuite alle Città d'Italia il gius di batter Monete molto avanti la pace di Costanza; ma diam pure che ciò sia accaduto in quei tempi, ne' quali guerreggiando per la loro libertà cogli Augusti, altre Regalie si appropriarono. Ma avanti però i flutti di quelle civili sedizioni per verità non mi consta certamente, che ciò abbiano eseguito: anzi dai segni, e dai titoli delle Monete si ricava il contrario. Voi però vi mostrate di diverso parere. Conciossiachè voi credete che le Città d'Italia, dacchè alla per fine acquistarono da Federico Barbarossa la libertà, coniaffero Moneta ciascheduna a modo suo, colle loro proprie rispettive insegne, senza alcun segno dell'Imperatore; e negate eziandio che se avessero fatto diversamente si possa ciò conciliare colla libertà a' Cittadini donata: e ciò tanto certo rassembravi, che la Moneta Veronese fregiata del nome d'Ottone Imperadore, non la credete doverfi in alcuna maniera attribuire al quarto Imperadore di questo nome, ma bensì al secondo, o al terzo. Consultate di grazia la serie delle Monete d'Italia anche de' tempi a noi più vicini: quante mai ne troverete insignite non solo del nome Imperiale, ma ancora coll'effigie degl'istessi Imperatori? Nè perciò le Città appartenenti al Regno d'Italia temevano di perdere il loro gius, o di pregiudicare in qualche parte alla loro libertà; anzi, e ciò sia detto con vostra pace, la mantennero sempre intatta, e piena, quale non l'avevano neppur ottenuta dalla pace di Costanza. Prova di ciò ne siano, per tacere di molt'altre Città, la Repubblica di Lucca, che non ha avuto verun riguardo di imprimere su la Moneta unitamente a' simboli di Libertà, de' quali si serve ancora presentemente, i titoli, e i nomi di Ottone IV., e dopo lungo tratto di tempo quelli di Carlo IV. Ed i Genovesi non lasciarono se non nel secolo trascorso la consuetudine d'imprimere nelle Monete loro il nome di Corrado I.

Ora passo alla Moneta Veronese, la cui iscrizione avete intrapreso ad esaminare più accuratamente, e come principale argomento della vostra erudita Dissertazione. Il chiarissimo Muratori lasciò agli eruditi Veronesi che la spiegassero. Io scorgo nel campo del diritto agli angoli d'una croce, che v'è situata nel mezzo, distribuite le lettere CI. EV. CI. VI., che da voi si leggono *Civitas Euganea Civitas Javis*, asserendo, che l'una, e

T. X.

H h

l'altra.

(129) La soluzione delle suddette obbiezioni trovasi nel Tom. II. pag. 5. e seg. delle *Notizie Storiche di Mantova*. Ma tralasciar non debbesi la risposta, che al predetto Sig. Vifi

ha dato ultimamente il Sig. Conte Carli nella ristampa delle sue Opere Tom. III. pag. 34. e seg. Veggasi pure il Tom. III. pag. 243. di questa Raccolta.

utrumque patria tua congruere adseris; erudite sane, ut omnia tua, & ingeniose. Concedo libenter, Monetarios utpote rudes inverteisse errore vel oscitantia ultimarum Litterarum ordinem, quod sapissime, imo & in veteris aevi Nummis aliquando factum reperimus. Jam vero, dum IV. loco VI. exarari debuisse ais, eodem jure postulare quis posses restituendam esse veram lectionem mutata littera I. in E. Nam & in litterarum commutatione & inversione non raro peccaverunt Monetarii: tum & prapostere sculptas esse litteras EV. qua tibi placent, atque ita corrigendas, ut VE. exhibeant. Prodiex bas ratione facilis & simplex, sed duplicata inscriptio: Civitas Verona, per sigla in se redeuntia. At vero monstrum esse ais hanc geminationem nominis & tituli: inepta profecto est ac puerilis, eoque magis, quod utriusque inscriptio in anteriori & aversa Nummi facie integra legatur. Mibi vero ejusdem per Sigla repetitio non adeo videtur a rudis aevi indole ac ingenio abhorreere. Litteras VI. apud Muratorium in Pisano Nummo septies, totiesque omnino in Lucensibus litteras VI. repetitas invenies. Enigmata videntur ista ineptia, longe intricatiora, quam illud in Veronensi, cujus sigla correctae & explicata sensum aliquem recipiant. Neque exemplis caret iteratus ejusdem rei titulus: de saeculis barbaris mibi sermo est. Ceterum non invideo nobilissima Urbi tuam illius Nummi explicationem sane honorificam: admiror tuum ingenium; probo in vindicandis patria laudibus studium: imo ad tuam accederem sententiam, nisi mibi videretur civibus tuis plus tribuere recondita eruditionis, quam atas illa ferebat. Nam vereor, ne Veronenses a Plinii fere aevi usque ad renatas litteras suam ab Euganeis originem ignoraverint, quam nequidem hodie omnes admittunt.

Multum diligentia tua & sagacitati debet Verona, quod post uberimas Panvini, Maffei, aliorumque doctissimorum Civium messes adhuc reperiat, qua in illius laudem, tamquam spica aliis non observata vel praeferita, colligantur abs te, & illustrentur. Juris scientiam in Civitate tua omni aevi floruisse luculenter doces: placet non minus restituta abs te duorum scabinorum in marmore Musae Veronensis memoria, & qua de acclamationis formula Feliciter a Librariis in fine codicum, & a Notariis in diplomatis adponi solita differis, licet Mabillonius parvi illam fecerit.

Habes jam Epistolam aequo longiorem: tu qua in eadem pro meo candore tecum communicavi, boni consule, mibique bene volere perge. Vale vir nobilissime.

Dabam Vindobona Calendis Novembris MDCLXXVIII.

l'altra espressione conviene alla vostra Patria; eruditamente in fatti, e con ingegno, come in ogni altra vostra Opera. Vi concedo senza difficoltà, che i Monetarj, come persone rozze, ed incolte, o per isbaglio, o per negligenza abbiano rivoltato l'ordine delle ultime lettere, lo che spessissimo, anzi talora eziandio nelle Monete antiche, troviamo essere accaduto. Ora asserendo voi che avrebbesi dovuto scrivere IV. in vece di VI. per l'istessa ragione potrebbe talun pretendere che si dovesse restituire la vera lezione col cambiamento della lettera I. in E. Imperciocchè in tali commutazioni, ed inversioni non rade volte mancarono i Monetarj: così pure potrebbesi sostenere che le lettere EV, da voi ammesse, siano state scolpite parimente al rovescio, così che si debbano correggere in maniera che rappresentino VE. Ne verrebbe quindi una facile, e semplice, ma duplicata iscrizione *Civitas Verona*, per sigle che in se ritornano. Ma questa repetizione di nome e di titolo voi la chiamate assai mostruosa, anzi puerile ed inetta; tanto più che l'una, e l'altra iscrizione leggesi interamente nel diritto, e nel rovescio della Moneta. A me però questa repetizione di sigle non sembra molto aliena dall'indole ed ingegno d'un secolo rozzo. Voi troverete le lettere VI. ripetute sette volte in una Moneta di Pisa, come si ha dal Muratori, ed altrettante volte in un'altra di Lucca (130). Tali inezie sembrano per verità enigmi, e molto più intricati di quello che trovasi nella Moneta Veronese, le cui sigle corrette, e spiegate hanno in se qualche significato. Tanto più che non è senza esempio la repetizione del titolo d'una medesima cosa, specialmente trattandosi de' secoli barbari. Non invidio per altro alla vostra nobilissima Città la spiegazione veramente onorifica di quella Moneta: ammiro il vostro ingegno; approvo la premura vostra nel sostenere le glorie della Patria; e farei ancor io del vostro sentimento, se non mi sembrasse, che venisse attribuita a vostri Cittadini una erudizione assai più recondita di quella, che comportava il secolo in cui fu battuta; poichè io temo, che i Veronesi da' tempi di Plinio fino al rinascimento della letteratura fra loro, abbiano ignorato discender essi dagli Euganei, essendo che nè meno a giorni nostri viene ammessa da tutti una tale origine.

Molto pertanto deve Verona alla diligenza vostra, ed al vostro talento, quale anche dopo le copiosissime messi del Panvinio, del Maffei, ed altri eruditissimi Cittadini ritrova ancora alcune cose, che, come spiche sfuggite all'altrui sguardo, si vanno da voi raccogliendo, ed illustrando. Chiaramente voi dimostrate essere fiorito sempre in Verona anche ne' secoli più remoti lo studio della giurisprudenza: ho sommamente goduto essersi da voi risarcita la memoria de' due Scabini posta in un marmo del museo Veronese, e mi è piaciuto quanto voi ragionate intorno alla formola d'acclamazione *Feliciter* solita apporsi da' Libraj nel fine de' Codici, e da' Notaj ne' Diplomi, sebbene ciò sia stato poco considerato dal chiariss. Mabillon.

Eccovi finalmente una Lettera più lunga del giusto; vi supplico ad accettare in buona parte tutto quello, che con ingenuità d'animo v'ho comunicato, e proseguite ad amarmi. Iddio vi conservi, Nobilissimo Signore.

Vienna il dì primo Novembre 1778.

T. X.

H h 2

AL

• (130) Veggasi su ciò il nostro Tom. II. pag. 397.

7.

## JOSEPHO L. B. SPERGESIO

JO: JACOBUS DIONYSIUS CANON. S. P. D.

**S**tatim atque accepi Litteras tuas singulari humanitate, & eruditione affluentes, valde quidem gavisus sum: vidi enim penitusque perspexi candorem animi, felicitatem ingenii, peritiam quoque & exercitationem in iis ipsis studiis, quibus ipse delector, & quod me maxime movit, nudam ac simplicem per epistolare officium inquisitionem veritatis. Quarum tamen virtutum tuarum experimentum jam pridem habueram in epistola gallico idiomate conscripta, quam dederas ad me XIV. Kal. May ann. 1774. Cum enim Rhythmum Pipinianum a me utcumque illustratum ad te misissem, precipua quae erant opere in illo notanda diligentissime designasti, nec quidquam fuit secretum aut difficile, quod te praterierit. Excusationem vero, quam a me petisti, Excellentissime Vir, eo quod, ut aiebas, sero ad me rescriperis de Moneta Veronensi quod opusculum nomine meo tibi reddiderat Illustrissimus iste Summi Pontificis Orator Joseph Garampius, cui devotissime addictus sum, eandem ego enixe a te postulo, qui nunc demum vel domesticis curis distentus, vel adversa valetudine impeditus iis respondeo, quae ingeniose non minus quam erudite aperuisti in epistola, de qua supra meminimus, data Kalendis Novembribus anno proxime praterito.

Primum itaque in eo es, ut neges Langobardorum Duces, suis quosque in civitatibus, cudenda Moneta jus habuisse, majoribus exceptis Beneventanis, Spoletanis, & Forojuliensibus: eamque existimas facultatem gentis illius capiti, Regi scilicet reservatam. Ego non possum non probare ut iudicii plenam sententiam tuam; licet dijudicare difficile videri possit, num hi Duces (qui tamen membra erant Regni Langobardorum) per se haberent jus Moneta cudenda. Certum est tamen, tibi in eo assentior, quod eam cuderent Regis auctoritate, ejusque numismate, tribus supradictis exceptis. Ex his Monetis & Civitas nostra unam se habere gloriatur, qualiscumque ea sit, causam sub Rege Albaino, ut inquit Argelati in collectione, cui titulus, Nummi Variarum Urbium Par. III. pag. 77. Posterioribus autem saeculis sub Carolidis, ad pacem usque Constantiensem, nullam causam esse Monetam a Civitatibus Italiae, vel sub Ducibus Francorum, sine nomine & effigie Imperiali; id quoque jure meritoque asseris. Neque ego aliter sensi in opusculo meo: sed tantum dixi, monetariam officinam nostram octavo saeculo sub Rege Pipino extitisse, simulque credibile esse, quod etiam sub Langobardorum Regibus Verona extiterit, indeque originem habuerit; non vero quod Moneta apud nos im-

pres-

AL L. B. DEL S. ROMANO IMPERO

GIUSEPPE SPERGES

IL CAN. GIAN JACOPO DIONISI.

**S**ommo piacere e consolazione goder mi fecero tostante i vostri caratteri ridondanti d' erudizione insieme, e di gentilezza; imperciocchè riconobbi in essi il candore ingenuo dell' animo vostro, il talento, la perizia insieme, e la pratica in quel genere di studj, a' quali sono anch' io inclinato; e quello che mi fece più colpo fu il vedervi andare con tanta semplicità in traccia del vero, nel tempo stesso che m' onorate d' una vostra Lettera. Aveva io già sperimentato altre volte simili effetti della vostra erudizione nella Lettera specialmente, che in idioma francese mi inviate sotto il dì 14 Aprile 1774. Avendovi spedito il Ritmo Pipiniano, da me in qualunque siasi maniera illustrato, voi mi significaste esattissimamente quant' era d' uopo notarfi in quell' Opera, nè vi fu cosa tanto nascosta o difficile, che sfuggir vi potesse. La scusa, che poi mi chiedete, Eruditissimo Signore, per avere, come voi dite, scrittomi troppo tardi su la Moneta Veronese, il di cui Opuscolo eravi stato a mio nome presentato dall' Illustriss., e Reverendiss. Monsig. Giuseppe Garampi Nunzio Pontificio, mio padrone singolarissimo, io la deggio a voi chiedere, che o distratto da domestici affari, o per mancanza di salute, adesso finalmente rispondo a quanto ingegnosamente, e con profonda erudizione notate nella Lettera, di cui parlo, segnata il dì primo Novembre dell' anno scorso.

Voi prima d' ogn' altra cosa insistete a negare, che i Duchi Longobardi, eccettuati i maggiori, cioè quelli di Benevento, di Spoleti, e del Friuli, avessero il diritto di batter Moneta nelle rispettive loro Città; e credete che un tal diritto fosse unicamente riservato al loro Re. Approvo come oltremodo giudiziosa questa vostra sentenza; quantunque sia assai difficile il giudicare se questi Duchi (che pure erano membri del Regno de' Longobardi) avessero da loro medesimi il gius di batter Moneta. Egli è però certo, ed in ciò convengo col vostro sentimento, che questi la batteffero con facoltà dal Re loro concessa, e col di lui impronto, eccettuati i tre sopraddetti. La nostra Città di Verona si gloria d' aver una di queste Monete, qualunque poi ella siasi, coniata a tempi del Re Alboino, come dice l' Argelati nella Raccolta, che porta il titolo: *Nummi Variarum Urbium* alla Parte III. pag. 77. Con tutta ragione ancora asserite, che ne' secoli susseguenti, sotto il governo de' Carolingi, fino alla pace di Costanza niuna Moneta esserfi coniata dalle Città d' Italia; anche sotto il dominio de' Duchi di Francia, senza il nome, e l' effigie Imperiale: nè io mi sono espresso diversamente nel mio Opuscolo, ed ho detto solamente, che la nostra Zecca esisteva nell' ottavo secolo sotto il Re Pipino, ed esser credibile ancora ch' esistesse in Verona sotto i Re Longobardi, e che da questi abbia avuto origine; ma non dissi già che la

Mo-

Tav. I.  
N. 2.

pressa sit propria effigie, aut superscriptione; sed utique numismate adhibito Langobardorum Regum, aut posteriorum Carolidarum, & Imperatorum, ut de aliis Italicis Civitatibus dicendum est. Perpendendum attamen erit, quod juxta unanimem optimorum in politico jure sententiam, Moneta cudenda precipua potestas non tantum inniti effigie, vel superscriptione; cum honor imaginis censetur respicere solummodo principalitatis, patronatus, vel protectionis titulum, quod est prerogativa accidentalis in aequo Principe, qua habet jus limitatum, nec obstat, aut officit libertati; sed potius ac precipue stat in nummorum pretii atque ponderis praescriptione: cujus enim est leges jubere, ejusdem est nummorum pretium, pondus praescribere, ait Bodinus ipse, de Repub. Lib. I.

Porro ad nos quod attinet, videre est Privilegium, seu Diploma Henrici Imperatoris apud Sigonium, Ursatum, aliosque, ubi Patarvino Episcopo Bernardo anno 1014 jus cudenda Moneta tribuitur, hac tamen lege, & conditione, ut conformare se debeat non ad Imperialem, regalemque aliam Monetam; sed ad pondus, ac pretium Monetae publicae Civitatis hujus nostrae: secundum pondus Veronensis Monetae. Igitur Civitas hac nostra antiquitus proprii ponderis legem habebat in Monetis, patrio jure statutam.

10. In Documento autem anni 1007. 3. Septemb. legitur: per denarios bonos Monetae publicae Veronensis: ex quo Brunacius ipse, agens de re monetaria Patarvinorum Cap. IV. libens fatetur: pondus Veronensium principem esse. Non ergo culpandus sum quasi id jus huic Civitati tribuam ante annum 1154, id est ante Fridericum I. quo Episcopo nostro Tebaldo idemmet jus, ut alias dixi, non tribuitur, sed confirmatur.

Ceterum cum tibi assentiar, Nobilissime Vir, quod alia ferme omnes Italicae Civitates Moneta cudenda facultatem ab Imperatoribus impetraverint; in hoc dissentio, quod tu putas hanc concessionem necessariam fuisse per tempora etiam Friderico I. posteriora. In hoc quoque dissentio, quod tu dubitare videris, num tempore pacis Constantiensis praedictae Civitates libertatem integram sint consecuta. Verum quidem est breve iis fuisse gaudium libertatis: cum enim propter intestinas discordias obortas in statum perfecto Reipublicae se regere non possent, brevi egerunt Ducibus, qui eas militari imperio defenderent; hi autem facile ad se traxerunt omnem etiam civilem jurisdictionem, & cito reguli tyrannique evaserunt. Hinc denuo potestas Imperialis inducta; dum illi ipsi potentes, ut sibi dominium firmarent, Imperatorum auctoritatem implorarunt, & veluti Vicarii Imperiales eandem habuerunt. Mirum ergo non est, si post illud tempus Moneta in  
Isa-

Moneta sia stata da noi conziata con proprio impronto, e soprafcrizione; ma bensì coll' impronto de' Re Longobardi, o de' loro posterì Carolingi, o Imperatori; come deve dirsi di tutte l' altre Città d' Italia. Deesi però considerate attentamente, che atteso l' unanime parere de' più veristi nel diritto politico, lo special privilegio, e potestà di far batter Moneta non consiste già solamente nell' impronto, e soprafcrizione; perchè cotesto onore delle immagini si crede riferirsi soltanto al titolo di preeminenza di patronato, ovvero di protezione; la qual cosa in un giusto Principe è una prerogativa accidentale, la quale per contenere un diritto limitato non nuoce, nè impedisce la libertà. Ma piuttosto, e principalmente fonda si la suddetta potestà nella prescrizione del valore, e peso delle Monete; imperocchè *a chi appartiene* (dice l' istesso Bodini, *de Rep. Lib. I.*) *imporre le leggi, tocca pur anco prescrivere il valore, ed il peso delle Monete.*

Ed in vero per quel che riguarda a noi convien offervare il Privilegio, o sia Diploma di Arrigo Imperatore appresso il Sigonio, Orfato, ed altri, dove nell' anno 1014 si concede il diritto di battere Moneta a Bernardo Vescovo di Padova, con patto però e condizione, che conformar si debba non già alla Imperiale, e a qualunque altra Regale Moneta, ma al peso bensì e valore della Moneta pubblica di questa nostra Città; *secondo il peso*, egli dice, *della Moneta Veronese.* Dunque le Monete di questa nostra Città avevano anticamente un certo proprio, e determinato peso dal patrio diritto decretato.

Nel Documento poi dell' anno 1007. 3 Settembre si legge: *per denari buoni di Moneta pubblica Veronese*: in vigor del quale l' istesso Brunacci trattando delle Monete Padovane al cap. 4 non ebbe difficoltà di confessare: che *il peso delle Monete Veronesi era il principale.* Perchè adunque dovrò io essere incolpato nell' attribuire a questa Città il diritto suddetto prima dell' anno 1154 (avanti cioè di Federigo), in cui, come già dissi, un tale diritto non concesso di nuovo, ma confermato anzi fu al nostro Vescovo Tebaldo.

Io vi concedo, Nobilissimo Signore, che tutte quasi le altre Città d' Italia abbiano dagl' Imperatori impetrata la facoltà di battere Moneta; ma non v' accordo già che cotesta concessione sia stata necessaria ne' tempi anco posteriori a Federigo I. Come pure io son di parere, ancorchè voi dubitar ne vogliate, che le mentovate Città conseguita abbiano la intera lor libertà al tempo della pace di Costanza: egli è ben vero, che poco durevole fu il loro gaudio per la ricuperata libertà: imperocchè non potendo elleno, a motivo delle intestine insorte discordie, conservarsi nello stato perfetto di Repubblica, in breve tempo abbisognarono di Duci, che con militare impero le difendessero. Cotesti Duci poi trassero a se facilmente ogni anche civile giurisdizione, e subitamente divennero regoli, e tiranni. Quindi di bel nuovo tolta ne fu la potestà Imperiale: perchè diventati già possenti gli stessi Duci, implorarono l' autorità degl' Imperatori, per vieppiù assicurarsi il loro dominio; il che ottennero in forma di Vicarj Imperiali. Che meraviglia adunque, se dopo quel tempo compariscono nell' Italia Monete battute coll' immagine Imperiale? Che se,



11. Italia appareant Imperiali imagine impressa, & ut innuis hujusce rei exemplum extet in Monetis Lucensibus cum effigie Ottonis. IV. & Caroli IV. simulque in Genuensibus cum imagine Conradi I. Hoc exinde est, ut dixi, quia hæc civitates propter civiles discordias, Ottonis, aut alterius Imperatoris protectione eguerunt. Quod ad nostram civitatem spectat, mihi videor iterum posse dicere, post pacem Constantiensem, in qua Legati nostri multum operis impenderunt, ipsam in omnimodam libertatem se vindicasse, nullo amplius in monetis usam signo Imperiali, sed tantum suo, idque verbis exultationem exprimentibus ob redemptam hanc libertatem; verum enim vero sicut populus Romanus (ut videre est in numismate apud Patinum. Imperat. Rom. Hist. Amstelod. pag. 7.) acclamationis illa per celebri formula Io: Triumphe, Io: Hymenæe, Io: invicte in Monetis seu Numismatibus exultationem suam indigitare solebat: sic Veronenses post redemptam per pactum Constantiense predictum integram libertatem, exultationem quoque suam in Monetis, publicisque sigillis exprimere voluerunt, sigillis illis, sic, refertis, CI. EV. CI. IV. de quibus jam satis disserui in Libello: Dell' origine, e dei progressi della Zecca in Verona; & infra paucis denuo rationem reddam.

Ne innitaris, quaeso, exemplis singularibus; ut morem arguas universalem: non enim rationes & causa unius Civitatis eadem erant quæ alterius, neque pares necessitates, ut videre est in historia illorum temporum apud Guicciardinum, & præcipue apud Muratorum.

Quod vero pertinet ad ultimam partem eruditissima & elegantissima Epistola tua, idest ad sigillarum examen in Moneta nostra, quibus censeo utramque Civitatis nostræ laudem contineri in antiquo sigillo expressam, videlicet iusti latrrix, & laudis amatrix: (Maff. Veron. Illustr. lib. IX.) ut facilius contextus appareat a me explicatus, heic transcribam locum desumptum ab altera Parte Tractatus in Monetam Veronensem quem instruxi ut petitioni satisfacerem eruditi viri Guid' Antonii Zanetti Bononiensis inferendum, ut reor, Tomo IV. Monetarum Italica, cujus operis ille tres jam Tomos edidit. Locus autem est hujusmodi ex Italico in Latinum idioma conversus.

Et ut ad propositum descendamus; scire juvat, Curtio nostrate Historico Duce, quod Ezelinus, cum Selvaticam Friderici II. Imperatoris notham filiam uxorem duxisset, ejus favore sic elatus est, ut non satis illi fuerit Caput esse Monticulorum, totiusque Reipublicæ Veronensis, sed ad summum perfectumque domini fastigium pervenire contenderit. Hoc accidit circa annum 1239. At licet modis omnibus id assequi nifus sit, parum ea tempestate profecit, idem ait Historicus: nam Quatuor-Viginti, & Governatores Reipublicæ, qui quo tenderet jam præviderant, ne denuo libertatem amitterent, valide sollicitèque resistentes, omnes ejus conatus irritos reddiderunt. Ille tamen dominandi cupidine magis in-

fe, come voi accennate, trovasi esempio di ciò nelle Monete Lucchesi coll' effigie di Ottone IV., e di Carlo IV., come pure in quelle di Genova coll' immagine di Corrado I., ciò provenne, come dissi, perchè tali Città per ragione delle civili discordie ebbero bisogno della protezione di Ottone, o di qualche altro Imperatore. Per quanto s' aspetta alla nostra Città sembrami di potere un' altra volta asserire, che dopo la pace di Costanza, nella quale molto assai s' adoperarono i nostri Legati, la Città nostra nuovamente riacquistasse la sua piena, e perfetta libertà, non usando più nelle Monete del Segno Imperiale, ma soltanto del suo proprio, aggiungendovi parole significanti la sua esultazione per cotesta sua già recuperata libertà. Conciossiacosachè, siccome il popolo Romano (secondo che si osserva in una Medaglia appresso il Patino: *Imperat. Rom. Hist. Amstelod. pag. 7.*) dimostrare soleva la sua gioja con quella celeberrima formola di acclamazione, *Io. Triumphe, Io. Hymenae, Io. invicte.*, che improntava nelle Monete, o Medaglie; così pure anco i Veronesi, riavuta la loro intera libertà per il suddetto patto Costanziese, significare vollero la loro allegrezza nelle Monete, e pubblici Sigilli con quelle abbreviature: CI. EV. CI. IV., delle quali abbastanza ho trattato nell' Opuscolo: *Dell' origine, e de' progressi della Zecca in Verona*: e tornerò a trattarne più sotto brevemente.

Non vi appoggiate mai, io vi prego, agli esempj singolari, per quindi arguire una costumanza universale: imperocchè i motivi, e le ragioni di una Città non erano quelle medesime di un' altra, nè eguali erano le loro necessità, come può vedersi nella Storia di que' tempi appresso il Guicciardini, e principalmente nel Muratori.

Quello poi che appartiene all' ultima parte della eruditissima, ed elegantissima vostra Lettera, in ordine, cioè, all' esame delle abbreviature contenute nella nostra Moneta, nelle quali io credo contenersi ambidue quegli elogi della nostra Città, espressi nell' antico Sigillo, quali erano: *justiatrix, & laudis amatrix*: (*Maff. Veron. Illustr. lib. ix.*) acciò più facilmente apparisca il contesto da me spiegato, trascriverò qui un passo tratto dalla seconda parte del Trattato sopra la Moneta Veronese, ch' ho steso per soddisfare le brame dell' Erudito Signor Guid' Antonio Zanetti Bolognese, e che farà poi inserito, come credo, nel Tomo IV. delle Monete d' Italia; della qual' Opera egli ha dato già alla Stampa tre Tomi. Il passo suddetto è del tenor seguente.

Per venire adunque al proposto nostro argomento, convien sapere con la scorta di Curzio Storico nostro, che Ezelino avendo sposato Selvatica, figlia dell' Imperator Federico II. s' insuperbì in maniera con la protezione di sua moglie, che non contento di esser Capo dei Monticoli, e di tutta quanta la Repubblica Veronese, aspirò egli in oltre alla suprema, e perfetta grandezza del dominio. Successe tutto ciò circa l' anno 1239. Ma benchè nulla tralasciasse per avere il suo intento, poco però in quel tempo gli riuscirono le sue ambiziose pretese; poichè li Ventiquattro, e li Governatori della Repubblica, i quali aveano di già previsto dove s' indirizzassero le di lui brame orgogliose, per non perder di nuovo la lor libertà, fortemente resistettero, e con ogni sollecitudine resero inutili i di lui tentativi. Che fece egli adunque l' astuto Ezelino, piucchè mai

incensus, quid fecit? Aliam ab antiqua gubernii formam invehere excogitavit, quæ placeret plebi, sperans se hac arte quidquid vellet consecuturum. Coepit itaque dolosa blandivolentia in vulgus emittere: velle se Rempublicam in ejus manus dimittere; honores scilicet Magistratusque ei tradere: quæ voces quum summo favore, spe, gaudio exciperentur, opportunam ille occasionem nactus, regimen transtulit ab optimatibus ad plebem.

Hac itaque methodo, ac ratione tantum Ezelinus potentia crevit & auctoritate in Republica, ut nihil illi deesset præter nomen Principale. Hinc post multa in Guelfos patrata facinora, tandem anno 1250. subiecta sibi, plurimis illatis damnis, Estensi civitate, gloriose admodum ac pene triumphali more Veronam ingressus, ab universa plebe summis lætitiæ clamoribus exceptus est. Nec tantam opportunitatem sibi elabi permisit: cum enim convenissent cives, ut de more Potestatem eligerent, ipse illico favente plebe tubis clangentibus conclamari se, & declarari Veronensis populi Principem & civitatis totiuseque suæ jurisdictionis Dominum præcepit. Hoc tam audaci facinore expiravit libertas nostra, factumque est initium intolerabilis servitutis, quam sub jugo crudelissimi hujus Tyranni misera hæc civitas per novennium & amplius perpeffa est. Pro nihilo enim ferme reputari possit 14- invasisse eum omnia bona publica & quædam etiam privata, si cetera ejus injusta & crudelia facta perpendantur. Ille enim nobilium civium nostrorum majorem potioreque partem confodit, mactavit, vel vinculis exilioque multavit. Nec religiosioribus viris ullo pacto pepercit: quos modis omnibus sic vexavit, ut ad Diocletiani ac Maximiani crudelitatem proxime accesserit. Videas, quæso, Alexandri IV. summi Pontificis Bullam ad Aquilejensem Patriarcham quæ incipit; *Truculentam*: & num vera sint, quæ dixi, dijudices.

Non minimum tamen calamitatis genus a nostratibus exterisque scriptoribus prætermisum, quodque civibus ingenuis magno dolori fuit, nunc in animo mihi est describere; quod scilicet Ezelinus ablata Veronensibus libertate non contentus in avitam eorum gloriam impetum fecerit, ac funditus abolere voluerit, ut paucis narrabo. Alias dixi majores nostros, quum primum libertatis splendor affulset, in publicum exultationis gaudiique argumentum antiqua gloriæ suæ decora monetis sigillisque consignare voluisse: id namque præstitere celebribus siglis, seu syllabis, quæ in nostris *prima impressionis* ac *forma* monetis hætenus inspiciuntur, quæque sunt: CI. EV. CI. IV. videlicet, ut ego interpretor; *Civitas Enganea, Civitas Juris*. Consulto autem sub-

signa-

acceso dall'ingorda cupidigia di dominare? Pensò d'introdurre una nuova forma di governo, che fosse più gradevole alla plebe, lusingandosi che con quest'arte verrebbe a conseguire tutto quello ch'egli voleva. Principiò egli pertanto con dolose piacevoli maniere a sparger voce tra il volgo, bramar egli d'entrar a parte nel governo della Repubblica, e d'innalzarlo agli onori della magistratura. L'evento fu, che ascoltate coteste sediziose voci con sommo applauso, speranza, e gaudio popolare, si prevalse Ezelino di così opportuna occasione per trasferire il governo dagli ottimati alla plebe.

